

212
HIERONYMVS PR OLVS
D U X LXXXIII.

*Creatus Cal. Sept. Anno 1559. obiit Anno 1567. die 4. Nov.
cum sedisset Ann. viii. Mens. ii. dies iv.*

EPIGRAPHES PRISCA.

Clementia cultor & favitiae detestator accerrimus, Principatum animi candore, liberalis ingenii bonitate ac religione, fraterna virtutis amulus suscepit.

LXXXIII



Allitur, qui inter Venetos thronum negat hæreditarium: virtuti namque semper tribuitur. Hinc gemini fratres Laurentius, & Hieronymus trahuntur in folium; quod hisce syderibus Fata crederentur inhære-re Reipublicæ. Tanta erat concordia Fratrum, ut major natu, minorem sibi prætulerit, vaticinio quodam instrui, quod minor fato præcurreret. Ex D. Marci Procuratore de Ultra, Laurentius Princeps assumptus, quo nam janitores designaret Conclavis Ducalis? interroganti respondit: fratrem defunctum, qui foribus referatis, pauperes ipse inquirebat venientes. Nam tunc cum agitaretur Ecclesiæ inter Tridentinas Alpes agmen